



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

VII. Bischof Johann von Brandenburg stellt die ursprüngliche Verbindung der Kirchen zu Eberswalde und Hegermühl in der Art wieder her, daß Hegermühl, die frühere Mutterkirche, in das Verhältniß einer ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

unionis constitutionem nostre voluntatis consensum expressum per presentes literas vestre Reverentie duximus transmittendum, Affectantes et consentientes expresse ut vestra dignitas, si cause premissæ ad unionem non suffecerint, causas magis excogitet efficaces. In cujus rei perpetuam firmitatem nostro sigillo muniri iussimus presens scriptum. Testes quoque sunt, quorum etiam consilio predictis consensimus, illustris Domina, Anna Duciffa Wratislaviensis nostra genitrix dilecta, Buffo Grewelhut, Christianus de Gherardistorppe, Henningus de Vorland et Buffo de Mylow, milites, Johannes de Gorlitz et Hermannus de Frankenvord, plebani, nostri Cappellani, cum aliis pluribus fide dignis. Datum Spandowe, Anno domini MCCCXVI, Dominica Letare.

Nach von der Hagen's Original-Abdruck in der Beschreibung, S. 241.

VII. Bischof Johann von Brandenburg stellt die ursprüngliche Verbindung der Kirchen zu Eberswalde und Hegermühl in der Art wieder her, daß Hegermühl, die frühere Mutterkirche, in das Verhältniß einer Tochterkirche zu der Eberswalder Kirche tritt, am 12. Januar 1317.

Johannes, Dei gracia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus — licet olim ab antiquis temporibus, loco in Everswolde parua villula existente, Ecclesia ibidem ecclesie in Heghermulne unita fuerit et subjecta, postmodum vero tempore procedente predicto loco in Everswolde crescente et ad instar opidi firmato ac populo ibidem vehementer aucto per quosdam predecessores nostros predicta ecclesia in Everswalde a prefata ecclesia in Heghermulne separata fuit et diuisa, ita quod e quibusdam prediis, sitis in Parochia Euerwolde, que homines eiusdem parochie excolere consueuerunt, ecclesie in Heghermulne annona modialis loco et nomine predialis decime solueretur. Verum cum de iure communi decima predialis soluenda sit illi ecclesie, in cuius territorio sita sunt predia et maxime quando per homines illius ecclesie huiusmodi predia excoluntur, cum etiam Rectorem ecclesie in Everswolde, qui pro tempore fuerit, propter illustrium Principum Marchionum Brandenburgensium, qui assueuerunt ibidem aliquociens cum sua curia residere, frequentem presenciam et propter nobilium concursum et confluentiam ibidem oporteat necessario facere sumtus majores solito et expensas, et cum etiam redditus ecclesie in Heghermulne, eciam cum predicta annona modiali, adeo sint tenues et exiles, quod plebanus ibidem non possit commode ex eis iura Episcopalia persolvere, hospitalitatem tenere et congruam sustentacionem habere; Nos cupientes in premissis casu salubrius providere, ad petitionem Illustris principis Johannis Marchionis Brandenburgensis Patroni earundem Ecclesiarum et ad requisitionem inclite domine Ducisse Wratislaviensis de consensu capitulo nostri predictas ecclesias reunimus, subijcientes ecclesiam in Heghermolne ecclesie in Everswolde tanquam filiam sue matri. Hanc autem unionem seu subjectionem tunc demum, cum Ecclesiam in Heghermoln vacare contigerit, vires volumus optinere — Datum Berlin, Anno dom. M. CCC. XVII Pridie jdus Januarii.

Aus Seidel's handschr. Urkunden-Sammlung, S. 21, 22.